

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

775 - 778

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

aut ullam redditionem accipere vel exactare audeat aut hominibus, qui eadem mercimonia praevident, ullam inquietudinem aut impedimentum facere praesumat. sed liceat eis per hanc nostram auctoritatem cum navibus et ceteris vehiculis absque ullius contrarietate vel impedimento per universum deo propitio regnum nostrum, 5 ubicumque eis necesse fuerit, libere et secure ire et redire. et si aliquas moras in quolibet loco fecerint aut mercati fuerint vel vendiderint, nihil ab eis prorsus, ut dictum est, telonei exigatur. et ut hæc auctoritas firmior habeatur vel per tempora melius conservetur, manu propria subter eam decrevimus roborare vel de anulo nostro jussimus sigillare.

10 Signum Caroli gloriosissimi regis.
Rado ad vicem Hitherii recognovit.

Data in mense decembri anno 8 et 2 regni nostri. actum Scalistati villa palatio publico; in dei nomine feliciter amen.

15 Aus Grandidier Hist. de l'égl. de Strasb. II p. j. p. 116 nr. 68 nach einer jetzt verlorenen Abschrift des ehemal. Straßb. bischöfl. A. = Migne XCVII, 937. — Böhm. Reg. Karol. nr. 83; Sickel Acta Karol. K nr. 55.

16. *Bischof Remigius von Straßburg überträgt der Kirche der heiligen Maria daselbst seinen ganzen Besitz nebst dem Kloster auf der Insel Eschau sowie im Aargau das Klösterlein Schönenwerd. 778 März 15 Straßburg.*

† In nomine patris et filii et spiritus sancti. sub die idus martii anno 10 regni domni nostri gloriosissimi Caroli regis. ego itaque Remigius etsi peccator vilissimus servus servorum dei gratia dei episcopus Argentinensis urbis sana mente sanoque consilio hoc testamentum [feci], quod ego plena devotione et unita voluntate condidi, quod ego ipse dictavi et manibus 25 meis scripsi et subscripsi adhibitis legitimi numeri testibus, qui a nobis rogati subter subscripserunt vel signacula manibus suis roboraverunt. quod testamentum volo ut advicem omnium codicellorum plenissimam obtineat firmitatem, et si causa juris civilis pretorii^a aliquis tamquam intestatum velit infirmare, et ut id non valeat, dentur testes huic heredi meæ sacrosanctæ ecclesie ac domnæ meæ Mariæ genitrici dei domini nostri Jesu Christi Argentinensi, 30 ubi me peccatorem pietas dei vel misericordia sanctæ Mariæ honorem pontificatus habere præcepit. propterea dulcissima domina mea sancta Maria te esse constituo heredem meam et in omnibus eligo atque decerno et fidei tuæ cuncta, quæ a me decreta sunt, sub tua protectione commendo, et quæ subter in hoc testamento conscripta continentur, tu piissima et dulcissima domina coram deo cæli et terre meam in omnibus voluntatem adimplendam atque 35 perficiendam summam habeas potestatem. igitur tu dulcissima domina mea sancta Maria, cum me deus de hac luce fragilique corpore sua vocatione jusserit emigrare, tu mihi domina hæres assistas. propterea tibi, dulcissima domina mea heres mea sancta Maria, tibi dono donatumque in perpetuum esse volo in ea ratione, ut dum mihi deus spacium dederit ad vivendum et Scolasticæ neptæ meæ vel Raderanno abnepoti meo, quicquid visus sum habere in 40 pago Alsacense in insula, quæ vocatur Hascgaugia, super fluvium Illa. et est ipsa insula in marcha Blabodsaima et in marcha Quibilisheime cum basilica superposita, quam ego a novo edificavi vel consecravi, ubi condidi domnam meam sanctam Sophiam preciosissimoque corpori

778
März 15

a) B pretorium.